



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt notentur excommunicatorum nomina,& in foribus Ecclesiae
præsigantur. xlix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De illis qui defendunt delinquentes. Cap. XLVI.

QVI consentit peccantibus, & defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum & homines, & corripietur increpatione seuerissima. Hinc & quidam sanctissimus pater ait: Si quis errori alterius consenserit, sciat se cum illo simili modo culpabilem iudicandum, & excommunicandum.

*Ex dictis
Basilij e-
piscopi.*

De illis qui intra annum causam suam tractare neglexerint. Cap. XLVII.

Qvicunque igitur intra anni spaciū ciuilitur, siue publice causam suam coram suis excōmunicatoribus non peregerint, ipsi sibi audiētiā clausisse adiutū videātur. Quod si obstinato animo sine communione defuncti fuerint, nos illius causam iuxta beati Leonis prædecessoris nostri sententiam, diuino iudicio reseruantibus quibus uiuis non comunicauimus, mortuis non comunicare possumus.

*Ex decr.
Gelasii
pa. ca. 2.*

De eadem re. Cap. XLVIII.

His sane, qui ante audiētiā cōmunicare tentauerint, donec per pœnitentiam reatum suum defleant, ad cōmunionem nullo modo reducantur, excepto mortis interitu urgente. Qui uero excommunicato sciēter comunicauerit, & amodo saltem in domo simul orauerit, atque latebras defensionis, ne cominus ad satisfactionē perducatur, præbuerit, donec ab excommunicatoribus pœnitentiam suscipiat, corporis & sanguinis domini cōmunionē priuatim se esse cognoscat, & delictum secundum canones pœniteat.

*Ex decr.
eiusdem
cap. 13.*

De notentur excommunicatorum nomina, & in foribus ecclesie præfigantur. Cap. XLIX.

Cura sit omnibus episcopis, excommunicatorū nomina omnino tam vicinis episcopis, quam suis parochianis pariter indicare, eaq; in celebri loco posita præ foribus Ecclesie cunctis conuenientibus inculcare, quatenus in utraque diligentia, & excommunicatis ubique ecclesiasticis audiis excludatur, & excusationis causa omnibus auferatur.

*Ex decr.
Honorij
papa, ca.
11.*

De episcopo, qui ante damnati absolutionē obierit. Cap. L.

Si episcopus ante dānati absolutionem, obitu rapiatur, correptum, aut pœnitentē successorē licebit absoluere.

*Ex cōcil.
Epaonēsi
cap. 10.*